dicis pecunia mutuo et ipum et pecunia
perdo quod vm est apud avaros sta
quia bona igitur discrete sunt attribuenda
Veruntamen qui mutuo capit gratis
reddere debet vnde ex prouerbiis sapie
ntie colligitur quod fraus est accipere
quod non possis reddere Et ambrosius
in libro de thobia paupertas inquit non
habet crimen sed debere verecundum
est et non reddere verecundius Et
subdit Si diues es nullam paciaris
petendi necessitatem Si pauper es
soluendi considera difficultatem Vnde
Seneca libro de beneficiis primo inquit
docendi sunt qui libenter reddere quia
si beneficia gratis collata reddenda
sunt multo forcius mutua hiis autem
sermonibus mutuare non desuadetur
nisi non amicis aut hiis qui reddere
nolunt Vnde Augustinus libro de doctrina
xpiana docet amicis succurrendum
Cum inquit omnibus prodesse non
possis hiis potissime succurreras
qui tibi tempore opportunitatis quasi quadam
sorte iunguntur quia sicut amicis bo
na propria mutuo vel dona sunt distri
buenda

Explicit primus liber Sophilogii Incipit secundus liber eiusdem sophilogii In quo tractatur de amore virtutum Cuius primum capitulum est quod virtutes sunt appetende etc.

Virtus medicina est corporis
pariter et anime Virtutes
igitur appetere vnicuique natura
le est Cuiuslibet igitur
studium pro adipiscendis virtutibus
debet applicari Vnde boecius libro de
consolacione Omnis inquit morta
lium cura multiplicium studiorum la
borem exercet diuerso quidem calle
procedit sed ad vnum tamen beatitudinis
finem nititur peruenire quo quis
adepto nichil vltra desiderare queat
Est enim cuncta in se bona con
tinens hoc enim bonum mediis virtutum
adipisci potest quod multi credentes
obtinere itinera nimis virtuosa sec
tati sunt Vnde Augustinus 8 de ci
uitate dei narrat qualiter philosophi qui
dam suum finem in voluptate con
stituerunt ut Aristippus Alii in virtu
te ut anthistenes Alii in sensibus
corporis omnes tamen aut assensu naturali de
fecerunt aut bonum et virtutem appe
tierunt Nam virtus sua dignitate
animum contrahit sicut arbor diligere
propter fructum ut ponit Tullius in
rethorica prima Na omnia honesta
concordat Cum inquit ar. libro
in ethica noua Et Quintilianus
de oratoria institucione libro primo
Nichil inquit potest placere quod non
decet sicut voluntati non corrupte
bonum enim appetere est Vnde Seneca
ad lucillum epistola x1 Ame inquit
honestum potest esse quod non est libe
rum et libro de beneficiis 4 Rerum
honestarum precium in ipsis est et in
suo corpio Ubi inquit turpis est
medicina vbi sanari piget Ex
quibus apte concluditur quod mens
humana virtutes et honesta naturaliter
petit Vnde Tullius libro 2o de officiis
Id ipsum quod honestum decorum quia
quasi per se nobis placet animos omnium
natura sua commouet Idem
ponit libro 3o quia sicut natura id petit

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0032
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg